



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Abbati Sanctae Crvcis & sancti Leufredi Confessoris, ejusque fratribus tam  
praesentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

## Romani Pontificis Lib. II. 401

graviter ulciscatur. Datum Laterani XI.  
Kalendas Iulij.

In eundem ferè modum scriptum est Co-  
locen. Archiepiscopo usque ad verbum co-  
gamur. Ideoque fraternitati tue per  
apostolica scripta mandamus, & districte  
præcipimus, quatenus Regem ipsum ad  
implendum mandatum apostolicum sa-  
lubriter moneas, & tam efficaciter quam  
diligenter inducas. Quod si nec manda-  
tis nostris nec monitis tuis acquiescere  
forte voluerit, tu cum suffraganeis tuis,  
si unquam fieri poterit, id studeas ad  
honorem apostolice sedis & nostrum &  
tam prædicti Episcopi quam Ecclesia  
Watien. utiliter emendare. Quod si per  
studium & solicitudinem tuam id fieri  
forte non poterit, præsentium tibi au-  
toritate in virtute obedientia districte  
præcipiendo mandamus, ut postpositis  
gratia & timore, solum Deum habens  
præ oculis, sicut de tua discrectione con-  
fidimus, inquiras de prædictis omnibus  
diligentius veritatem, & quod inveneris  
per tuas nobis cures litteras intimare,  
ut re cognita, apostolicum à nobis pró-  
cedat edictum, per quod tantæ præsum-  
ptionis audacia distinctione canonica  
feriatur. In hoc enim proposuimus ex-  
periri, si magis terrenum Regem me-  
tuas quam cœlestem, & an honorem  
Ecclesie gratia Regi anteponas. Da-  
tum ut suprà.

ABBATI SANCTÆ CRVCIS  
& sancti Leufredi Confessoris, ejusque  
fratribus tam presentibus quam futuris  
regularē vitam professis in perpetuum.

Diss. 98.  
De confirmatio-  
nate privile-  
giis. PIA postulatio voluntatis &c. usque  
ad verbum statuentes ut ordo mo-  
naстicus, qui secundum Deum & beati  
Benedicti regulam in eodem loco institu-  
tus &c. usque ad verbum vocabulis.  
Locum ipsum in quo Ecclesia memorata  
sita est, cum omnibus adjacentiis quæ  
ad eandem Ecclesiam pertinent. Ex do-  
no Auduini quondam Ebroicen. Episco-  
pi, Ecclesiam sancti Petri de Fontanis,  
cum decimis & manso Presbyteri & aliis  
quæ ad eandem Ecclesiam pertinent. Ecclesiam sancti Germani de Escarden-  
ville, cum decimis suis & triginta soli-  
dis solitæ pensionis. Ecclesiam sancti  
Pauli de Cruce, cum medietate ejus-  
dem villæ, decimis, & annua pensione  
quindecim librarum Andegavensium.  
Ecclesiam sancti Remigij de Calliaco,

cum eadem villa, & appendiciis suis, cum  
decimis, & annua pensione quadraginta  
solidorum. Ecclesiam de Grovilla, cum  
decimis, & uno manso. Ecclesiam de Wi-  
villa, cum decimis in toto feudo de Mon-  
teforti, excepto dominico Thomæ de  
Planca, & dominico Rog. de Wivilla,  
quantum pertinet ad mensam eorum.  
Ecclesiam de Trunco, cum decimis suis  
in feudo Galerani de Mara, & uno man-  
so, & xx. sol. Andegaven. solitæ pensio-  
nis. Ecclesiam de Alpegart, cum decimis  
de feudo Willielmi de Essarris, & de feu-  
do Hugonis Militis, & uno manso, &  
aliis quatuor hospitibus. Ecclesiam de  
Campenart, cum eadem villula, & per-  
tinentiis suis, & pensione solidorum quin-  
que Andegavensium. Ecclesiam de Mer-  
si, cum decimis suis. Ecclesiam de Alle-  
ga, cum decimis suis. Ecclesiam de Ca-  
haniis, cum decimis suis, & tribus parti-  
bus hospitum. Ecclesiam de Dardeis,  
cum decimis suis, & pensione x. solidi-  
rum Andegavensium. Ecclesiam de Ve-  
nabulis, cum decimis suis, & terris ei-  
dem Ecclesia pertinentibus. Ecclesiam  
sancti Albini de Vvallon, cum decimis  
suis. Ecclesiam de Bruolio, cum decimis  
& pertinentiis suis. Ecclesiam de Salleio,  
cum decimis & terris eidem pertinenti-  
bus. Ecclesiam de Tonaio, cum medie-  
tate Altenag. terris, & decimis de feudo  
Ric. ejusdem villæ domini. Ecclesiam  
sancti Georgij de Esferra, cum eadem vil-  
la & pertinentiis suis, & xx. sol. sterlin-  
gorum annua pensionis. Capellam san-  
cta Maria in eadem parochia sitam. Ec-  
clesiam sancti Remigij de Besu, cum hos-  
pitibus, terris, & decimis de feudo Iohan-  
nis de Giforz, & aliis hospitibus, & terris,  
& nemore allodiariorum Reg. Eccl-  
esiæ sancti Albini de Besu, cum terris ei-  
pertinentibus. Capellam sanctæ Austre-  
bertæ, cum pertinentiis suis. Capellam  
sancti Dionysij de Banficort, cum deci-  
mis de feudo Osmundi monnarij apud  
sanctum Eligium. Decimam de feudo  
Hugonis de Seusei apud Nenuillam.  
Decimam Vll. de Maudiut apud Luder-  
villam, de feudo Williel. Peler. apud Aa-  
mercort. decimam de feudo Martthæi de  
Gamachiis apud Manevillam. Duas par-  
tes decimarum de feudo Pagani de san-  
cto Luciano, & de feudo Orselli, & de  
feudo Flooldi. In parochia sancti Dio-  
nysij de Formam, Ecclesiam ipsam cum  
parte decimarum. Ecclesiam sancti An-

Eee

dreæ de Autuliolo, cum tertia parte decimæ, & pensione duorum sol. Eleemosynam de insula quæ dicitur Guernere, quartam partem oblationum de feria, & de festo sancti Christophori de Roilli. Decimam de Heudierville & de Sessèville in feudo Autulij. Decimam de Boëlio in feudo Roberti filij Vvl. Decimam de Mesnilla in feudo Hugonis de Lace, & decimam de Buisson in feudo Hug. Bigot. Quartam partem decimæ de Autulio. Decimam de feudo Almarici Doefnel apud Vvatevillam. Totam decimam Essarrorum de Loviers de feudo Galerani Comitis Mellorten. Ex dono Galerani Comitis, centum solidos sterlingorum annuatim reddendos in Dorserta apud Scellentonam, & decimam denariorum suorum de Cruce. Ex dono Vvlielmi Alliacen. medietatem Escardenville in eleemosynam. Decimam quam habetis in feudo Galterij Arou de Anesus cum aliis decimis. Possessiones præterea, terras, vineas, nemora, prata, molendina, furnos, aquas, piscarias, redditus, & alia quæ superius expressa sunt, & quæ à quadraginta annis usque ad hæc tempora justè & sine controversia tenuistis, & nunc pacificè possidetis. Sanè novalium &c. Liceat quoque vobis &c. Prohibemus insuper ut nulli fratribus &c. In parochialibus verò Ecclesiis &c. Libertates etiam &c. Immunitates à Rothomagen. Archiepiscopis, Ebroicen. & aliis Episcopis vobis pia devotione indultas, & usque ad hæc tempora sine controversia conservatas, ratas habemus, & auctoritate apostolica confirmamus. Cum autem generale interdictum &c. Sepulturam præterea &c. Obeunte verò te &c. Decernimus ergo &c. Salva sedis apostolicæ auctoritate, & diocesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur &c. Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij, Acherontin. electi, Cancellarij vicem agentis, X III. Kal. Iulij, Indict. secunda, incarnationis dominicæ anno M C X C I X. pont. verò Domini Innocentij Papæ tertij anno secundo.

*P. SANCTÆ MARIAE IN VIA  
Latæ Diacono Cardinali, apostolice sedis  
Legato, & Episcopo Parisien.*

Epiſt. 99.  
Vt Nivernensis  
Abbas hereti-  
cus & deposit-
**Q**uod legimus in Apocalypsi prædictum, ecce nunc videmus impletum, quia de fumo putei abyssi exie-

tus, carceribus, monasteriis in-  
cludantur.  
 runt locusta similes equis paratis in prælium, facies quidem habentes humanas, sed caudas similes scorpionum, & aculei sunt in caudis earum. Hi sunt hæritici, qui de puto confusionis egressi, non ut ipsi confusionem evadant, sed ut alios in confusionem inducant, faciem prætendent humanam, ut seducant incautos, quibus tandem in similitudinem scorpionum damnationis infligunt aculeum, dum eis juxta scripturæ sententiam feldraconis in aureo calice Babylonis propinat. In tantum autem jam eorum excrévit audacia, ut velut equi parentur ad prælum, cùm in aperto suæ falsitatis doctrinam disseminare præsumant: contra quos nisi gladius exeratur ecclesiastica disciplinæ, ut jam non solum capiantur sed exterminentur vulpecula quæ vineam Domini demoliri moluntur, verendum existit, ne, quoniam error eorum serpit ut cancer, pars etiam sincera trahatur. Nuper enim, sicut ex tenore literarum venerabilis fratris nostri Senonen. Archiepiscopi & relatione dilectorum filiorum R. & B. nuntiorum ejus nobis innotuit, multa de hæreticis & eorum scđtis in partibus Gallicanis, quæ ab hujusmodi fæce prorsus olim intactæ manere solebant, increbescente jam vehementer infamia, cùm idem Archiepiscopus ad villam quæ Charitas appellatur, in qua plurimi dicebantur professores hæreseos delitescere, rogatus à venerabili fratre nostro Antisiodoren. Episcopo, in cuius diocesi prædicta villa consistit, accessisset perscrutaturus diligenter veritatem, Clero & populo convocatis, post diligentem indagationem, præter alios quamplures qui erant ibi de hæresi publicè infamati, Rainaldum quondam Abbatem S. Martini Nivernen. comperit hujusmodi contagione respersum, & publica super hoc infamia laborantem. Et quoniam in eo plurimum scandalizabatur & populus & Clerus, de consilio prædicti Antisiodorensis, Meldensis, & Nivernensis Episcoporum, qui aderant, & plurimum prudenter virorum, eum officio beneficio que suspendit, diem apud Antisiodorum illi præfigens, ubi coram eo fortè, si posset, se de tanto crimine tueretur. Cumque die præfixa suam coram eodem Archiepiscopo exhibuisset præsentiam, assistibus prædictis Antisiodoren. & Nivernen. Episcopis, multisque aliis viris dis-